Banner

Medicina varia opera.

ARTESELA

~~[illegible]~~

g. tranto soulz

Gregorius a vulpe vincentinus Magnifico domino Marino Georgio. omni disciplinarum genere eruditissimo. S. P. D.

Quoniam ut inquit plato: non solum nobis nati sumus: sed ortus nostri: cui cetera in hoc inferiori mundo degentia famulatum prebere dicuntur: partem patria vendicat: partem amici: In ea re sumopere elaborandum est: qua humana hec nostra vita ex complexionis compositionis et unitatis imperfectione variis et innumerabilibus fere morborum generibus continue vexata in suum usque finem treduci possit. Hec est medice artis desciplina ab immortalibus reperta: qua sana corpora conseruantur: et egra diligenti ratione curantur: Hanc igitur qui re quidem et non nomine tantum medicus existens profitetur: suma ope niti debet: ut aliquid quottidie in medium afferat: quod hominum usui: ac eorum saluti futurum sit. Quid enim prestantius: quid laudabilius: quid memoratu dignius: quam in his rebus versari et continue insudare quibus nature defectibus assidue urgentibus ingenii artisque suffragio subuenire queas: ut corpora nostra in bone valitudinis debita statione quiescentia mentis possit operationibus facilius postmodum inseruire. Quapropter cum nuper opus illud hyp. quod articella communiter apellatur: ad manus nostras corrigendum peruenerit: dicteria quedam colegimus: ea que in margine conscripsimus: ut et lecta facilius apprehendere: et apprehensa firmius reseruare possimus. Scio enim me multis medicine studiosis non parum profuturum: et non modo iuuenibus qui temporis breuitate mundum ad pulcherima Gal. dicta per legenda regredi potuerunt: sed et prouectioribus etiam quibus: et si multa vidisse potuerit: delere tamen solet non parua senectutis obliuio: Atque eo magis quod eos ut ita dicam flosculos excerpsi: ex cognitione eius peruie: quam cepi. dum excellentissimum Magistrum Alouisium malatinum ad egros curandos proficiscentem sequutus essem: qui quantum ingenii acumine iudicii maturitate et litterarum copia etatis nostre ceteros antecellat vniuersa ciuitas veneta locupletissimum testimonium afferre potest: que eius singularem doctrinam et in sanandis corporibus sumam experientiam quottidie nouis currationibus liquido deprehendit. Ut igitur studiosa hec nostra litterarie professionis exercitatio inuidorum maliuolorum que possit obtrectationibus obsistere: Ad te Magnifice domine Marine Georgii vtriusque et humane et diuine professor nostra pagella confugit: Quis enim aptior phebus dari poterat Cui hec omnia Romana hoc demum curia comprobante luce clariora nitescunt: Quis securior tripos gymnasio tuo nobis poterit euenire: Cuius censuram: haud vereor: si subierit Res nostra hec qualiscumque sit nitida poterit in medium post fronte prodire Vale.

Ista sunt opera que in hoc preclaro libro continentur.

Incipiunt isagoge Joannitij ad tegni Galieni. Primus liber medicine.



Edicina diuidit in duas partes: in theoricã: et practicã: quarum theorica in tria. s. in cõplectationẽ rerum naturaliũ et nõ naturalium et earum q̃ sunt contra naturam ex quibus egritudinis et sanitatis et neutralitatis et suarum causarum et significationum scia procedit: qñ extra cursum naturales humores quattuor extrescũt: ex qua occasione vel ex q̃ significatione egritudo habeatur.

De rebus naturalibus.

Res vero naturales sunt septẽ. s. elementa cõmixtiones: cõpositiones: mẽbra: virtutes opationes et spũs. Et alij addiderũt his alia q̃ttuor. s. etates colores figuras: et distantiã inter masculum et feminam.

De quattuor elementis.

Elementa sunt quattuor: ignis: aer: aqua: et terra: ignis calidus et siccus: aer calidus et humidus: aqua frigida et humida terra frigida et sicca.

De cõmixtionibus.

Commixtiões sunt nouẽ: octo inequales: et vna eq̃lis: de inequalibus vero quattuor sunt simplices: hoc est calidum: frigidum: humidũ: et siccum: et quattuor ex his cõposite. s. ca. et hu. ca. et sic. fri. et hu. fri. et siccum: equalis vero est quãdo cũ moderatione corpus in columne ducitur.

De humoribus.

Compositiones sunt quattuor. s. sanguis: flegma colera rubea: et colera nigra: sanguis est calidus et humidus: flegma frigidum et humidum: colera rubea calida et sicca: colera nigra frigida et sicca.

De flegmate.

Flegmatis autem quinq̃ sunt modi. Est autem flegma salsum calidius et siccius ceteris: infectum humore colerico. Et est flegma dulce pertinens ad caliditatẽ et humectationem: infectum sanguineo: ẽ et acre pertinens ad frigiditatem et siccitatem: infectum melancolico. Est etiã flegma vitreũ qd nascit ex magna frigiditate et coagulatione: sicut in senibus naturali colore distitutis. et est aliud frigidum et humidum: illud vero saporẽ nõ habet: sed ppriam retinet frigiditatẽ et humiditatem.

De cholera rubea.

Cholera rubea quinq̃ modis constant. Est cholera rubea clara vel pura naturalit: et substãtialiter calida: cuius origo est ab epate. ẽ citrina: cuius ecor dium est ex cõpositione a quosi phlegmatis et cholore rubee pure. ideoq̃ ẽ minus calida. et est cholera similis vitellis ouorum: qua nascitur ex commixtione phlegmatis coagulati et cholere rubee clare que est minus ca. Quarto modo est cholera viridis quemadmodum prassium: cuius origo magis est a stomacho q̃ ab epate. est autem cholera viridis quemadmodum viridis eris herugo: et vrit in modum veneni: nascitur ex nimia adustione: que propriũ habet colorem propriamq̃ maliciam.

De cholera nigra.

Cholera nigra duobus modis constat. Uno modo est naturalis in modum fetis sanguenis et eiusdem perturbationis: et cognoscitur esse a coloribus nigris cum inferius vel superius extra manet: et iste modus est veraciter frigidus et siccus. est et alius modus extra naturalem cursum: et origo eius est de vstione choleri ce commixtionis: et hic veraciter appellatur niger: et est calidior et leuior a superiori modi habens in se impetum p necabilem et qualitatem per[n]iciosam.

De modis membrorum.

Membrorum modi sunt quattuor. Eorum enim sunt quedam principalia. et sunt quasi materia et fundamenta. s. cerebrum: cor: epar: et testiculi. et sũt alia quedam que predictis pncipalibus deseruiunt: vt sũt nerui que cerebro ministrant: arterie que deseruiunt cordi: vene que deseruiunt epati: et vasa spermatica que testiculis sperma ministrant: Sunt vero de membris alia p priam virtutem habentia. vnde eadem membra reguntur et eorum qualitas cõstat vt sunt ossa et cartillagines: et membrane que sunt inter corium et carnem: et musculi: et pinguedo et caro. Alia sunt que ppria vtute enixa: tamen pncipium habent et vigorem a pncipalibus fundamentis: vt est stomachus: renes: intestina: deniq̃ lacerti: hic enim sua virtute propria appetunt cibum et mutant: et operantur suos actus secundum naturam. Habent et alias proprias virtutes decurrentes a principalibus fundamentis: de quibus pncipalibus constat sensus et vita cũ voluntario motu.

De numero virtutum et diuisione.

Uirtutis itaq̃ trina fit partitio. Est virtus aialis est spiritualis: est et naturalis. Uirtus siquidem naturalis vna est que ministrat: altera cui ministratur. Sed naturalis virtus cui ministratur modo generat: modo nutrit: modo pascit. Uirtus autem que ministrat et nõ ministrat ei mõ appetit: retinet: digerit. expellit: que deseruiunt pascenti virtuti: quemadmodum pascens virtus nutribili. et generanti virtuti deseruiunt alie due: vna que immutat cibum altera que informat: q̃ a se differunt. Nam prior virtus immutat cibum: et ministrat virtuti generanti sine informatione. Secunda vero immutat. et ministrat generanti virtuti cum informatione. sed informatiue virtutis operationes sunt quinq̃ assimilatiua: concaua: perforabilis: aspera: et lenis.

De virtute spirituali.

De virtute spirituali duo pcedũt. vnũ opatiuũ: et aliud ab hoc opatiũ. Opatiua virtutis e q̃ cordi latat et arterias. et iterum constringit. ab operatata vero hec nascunt: ira: idignatio: victoria: dominatio: astutia. et sollicitudo.

De virtute animali.

Animalis virtus tria cõplectit. est vna virtus aialis q̃ ordinat et cõponit et discernit. Secũda q̃ mouet voluntario motu: tertia q̃ sensibilis vocatur. De ordinatiua et discretiua et cõpositiua virtute hec pcedunt: fantasia in fronte cogitatio vel ratio in cerebro: memoria in occipitio. Uirtus vero volũtarie mobilis lacertos quibus cetera membra mouentur mouet que voluntario motu mouentur. Uirtus itaq̃ sensibilis constat visu: auditu: gustu: odoratu: et tactu.

De operationibus.

Operatiões duobus modis sunt. Sũt operationes q̃rum vnaqueq̃ singulariter quod suũ ẽ pficit vt est cibi appetitus p caliditatẽ et siccitatem: digestio p caliditatẽ et humectationẽ: retẽti o per frigiditatem et siccitatem: expulsio per illud quod est frigidum et humidum. Sunt et composite que a duabus componunt. vt est desiderium et deportatio. nam desiderium virtute duplici componitur: quarum vna est que appetit. altera que sentit: stomachus enim suam inanitionem sentit. deportatio vero duplici virtute vel amplius componitur: vna que expellit: altera que attrahit vel sentit. altera que appetit.

De spiritibus.

Spiritus igitur sunt tres: primus naturalis qui sumit principium ab epate: secundus vitalis a corde tertius animalis a cerebro: horum primus ab epate per venas que non habent pulsum in totum corpus diffunditur: secundus a corde per arterias in totum corpus dirigitur. tertius vero per neruos in totum corpus a cerebro dirigitur que in septima naturalium rerum:

parte .f. in spiritu cognoscuntur.

De numero etatum.

Quattuor sunt etates .s. adolescentia: iuuentus: senectus: & senium. Adolescentia cōplexiōis videlicet calide & humide ē in q̄ crescit & augetur corpus vsq; ad .xxv. vel .xxx. pueniens annū. hanc iuuent⁹ sequit que ca. est. & sic. perfectū sine diminutiōe viriū corpus cōseruās que .xxxv. vel .xl. anno finit. hinc succedit senectus fri. & sic. in qua q̄dē minui & decrescere corpus incipit tamen virtus nō deficit: quinquagesimo quinto anno vel sexagesimo persistens: huic succedit senium collectiōne phlegmaticis humoris fri. & hu. in quo virtutis appa ret defectus qđ suos annos vite termino metitur.

De colore cutis & diuisione.

Color cutis duobus modis. fit aut .n. hunc interiora subministrāt: aut exteriora deducūt. Ab interioribus aūt duobus modis accidit: vel ex abūdantia: seu ab eq̄litate humor. Ab equalitate est ille q est compositionib⁹ ex albedine & rubore. Ab inequalitate vero procedunt niger: citrinus: rubeus: glaucus: & albus color. Color namq; rubeus & niger & citrinus significant colorem corpori dominantē: citrinus vero solus significat cholerām ru. niger vero solus cholerā nigrā: rubeus solus abūdantiam sanguinis. Albus nāq; & glaucus abūdantem frigiditatem corpori dominantem sed glaucus ex melancholia: alb⁹ ex phlegmate sui causas habere significat. Ab exterioribus nēpe colores adueniūt: sicut ex frigore scotis ex calore ethyopibus, & ex alijs multis accidentibus. sunt & alij spāles vel spirituales colores: aut ex timore. aut ex ira: aut ex tristitia: vel alijs animi motibus.

De coloribus capillorum.

Capillor colores sunt quattuor: niger: rube⁹: glaucus & canicies. Niger fit ex abundātia cholerici intensi vel cōbustione multa sanguinis. rubeus a nimietate caloris non adusti. vn̄ semp̄ fiunt rubei capilli glaucus ex abundātia melācholie: canicies vero fit ex nimia defectione caloris naturalis & ex effectu putridi phlegmatis. hoc plurimum fit in senibus.

De tunicis oculorum.

Oculor tunice sunt septē: & humores tres. Prima tunica dr̄ retina. secūda secūdina: tertia scliros: q̄rta tela aranee: quinta vuea. sexta cornea: septima cōiunctiua. humor p̄mus est vitreus: secūdus cristallinus. est tertius albugineus qui ē añ vueam tunicā.

De coloribus oculorum.

Oculor colores sunt quattuor. niger: subalbidus: varius: & glaucus. Nigredo fit ex defectu visibilis spūs vel ex pturbatione ipsius: aut ex penuria cristallini humoris: vel q̄r plurimum resedit interius ipse cristallinus hu. aut ex hu. abundantia qui ē similis albugini oui: aut ex pturbatione ipsius: aut ex abundantia qualitatis vuei hu. Subalbedo fit ex septem rebus superioribus p̄rijs .i. ex abundātia spūs visibilis vel claritate ipsius: aut ex magnitudine cristallini hu. & eminētia ipsius: aut ex minorantia albuginei hu. & claritate ipsius: & defectione qualitatis vuei hu. Varius vero color & glaucus fit si cōueniunt cum rebus que accidunt nigredini et subalbedini. Varius vero color significat spiritū visibilē magis abundare & clarescere in sua varietate. Glaucus vero color significat spiritū visibilē minus abūdare & sub nigrescere in sua glaucedine.

De modis qualitatem corporis.

Modi q̄litatis corporis quinq; sūt: crassitudo nimia & extenuata macies: synthesis: squaliditas: & eq̄litas. crassitudinis due sūt spēs .s. abūdātia carnis & pinguedo. Abūdātia carnis fit ex abūdantia caloris et humoris. Pinguedo fit ex fri. & hu. intensa. Pinguedinis diminutio vel extenuata macies fit ex ca. & sic. intensa. Synthesis fit ex fri. & sic. itēsa. Sq̄liditas nēpe fit ex fri. & itēsa hūiditate: aut simul vtrisq; intēsis. Eq̄litas itaq; fit ex humor equalitate corporis he sunt forme.

De distātia inter masculum & feminā.

Masculus a femina differt i eo q̄ hic calidior & sicci or ē illa ecōtrario frigidior & humidior.

Incipit tractat⁹ rer nō naturaliū: & primo de mutatione aeris.

Aeris mutatio fit quinq; modis. aut .n. fit ex anni tpibus: & ex ortu stellar & occasu: ventis: terris: & earum fumositatibus.

De temporibus anni.

Anni tpa sunt quattuor: ver equale calidū & humidum estas cali. & sic. autunnus fri. & sic. & hyems. fri. & hu. Ex stellis imutat aeris nā. natura tū appropinquauerit sol stellis vel ipse illi calidior fit aer. & hec q̄dē his a se separatis frigiditas aeris minuit vel auget.

De numero vētor & eor qualitatibus.

Venti quattuor sūt: subsolan⁹: fauoni⁹. septētrio: & auster. quor vnus habet virtutē fri. & sic. alter ca. & hu. ceteri vero duo eq̄lis virtutis sunt: quorum vni .s. subsolano caliditas & siccitas: alteri vero .s. fauonio frigidatas: & humiditas attribuunt: & auster paulo calidior & humidior: septētrio vero frigidior & siccior.

De modis terrarū & earū qualitatibus.

Terrar modi sūt q̄ttuor: altitudo. p̄funditas: vicinitas montiū & maris: eq̄litas terrarū seu loco rū q̄bus terre a se differunt. altitudine & p̄funditate: q̄ñ altitudo frigiditatē p̄funditas huic cōtrarium reddit p̄pingtate montiū eueniūt h: q̄ñ si ipsi fuerint a parte meridiana terra erit frigida: nā calidis mōtes meredia ni obstāt ventis: septētrionales vēti fridis eā expetūt flatibus. Si vero septētrio mōtes habuerit supiori terre cōtraria erit, vicinitate maris: q̄ñ meridies ca. & sic. septentrio fri. & sic. terrā p̄bet. Preterea terre sui natura iter se differunt nā si fuerit terra petrosa: fri. & sic. si vero pinguis & crassa. ca. & hu. lutea aūt fri. & hu. erit. Immutat quoq; aer fumositate videlicet paludū siue putredinis alicuius. vñ fiunt morbi ac pestes in hominibus.

De exercitio corporis.

Exercitiū imutat corpus: q̄r q̄ñ equale ē equalem p̄stat calorem: cū vero āplius fit magis calefacit: sz postea infridat & desiccat. Ociositate corpus im mutatur q̄r si inequalis est: & frigiditatem facit & humectationem inequalem: si vero equalis equaliter.

De diuisione balnei

Balnea aūt sunt dulcis aq̄ aut nō dulcis: sz dulcis aq̄ balneū remollit. calidum calefacit: & frigidat. Non dulcis vero aque balneum desiccat corpus. q̄ si ex aqua salsa vel amara siue sulphurea fuerit calefacit & desiccat: si vō de aluminosa & gipsea īfrigidat & desiccat.

De modis ciborum.

Modi cibor sunt duo: Est .n. cibus q bonū gignit hu. est malus q malū gignit hu. Bonū autem gignit q bonū sanguinē creat & equalē in cōmixtiōe & opere vt ē panis mundus recens & fermētat⁹: & caro animalis agni & hedulina. Malus aūt cōtraria operat: vt est panis opyrus nō recēs: & bouina & hyrcina caro vetusta. Preterea bonū malūq; humorē creantiū cibor duo sunt modi: grauis: atq; leuis. Grauis est caro porcina & bouina: leuis pullorum: vel pisciū caro mediocriū magis mobiliū & minus pinguiū & squarmosorum. Est & oleorum genus quod malum generat hu .s. cho. ru. vt ē nasturciū synapis & alleū. Sunt q̄ generant melancholiam sicut lenis caules: caprina caro vetus & bubulina & sunt que generāt phlegma: vt ē caro porcellorum & agnorū portulaca & attriplex. Preterea grauis cib⁹ gignit phlegma & cho. ni. cibus leuis cho. ru. & vterq; malus.

De modis potationum.

Modi potationū tres sunt. Et potus q nihil aliud est q̄ potus vt aqua. & ē potus q potus ē & cibus vt vinū. Et ē alius potus duobus p̄tinēs supio

ribus: vt potio que daẗ cõtra morbi vitium aliquod' vt mellicratum vel mulsa vel cõditum. Cibus vero huius vtilitatis ē qꝛ repereat integritatem corporis recto ordine: potus vero hanc vtilitatē p̄stat qꝛ reportat cibus per corpus: sed illi potus vtilitas quē potioni diximus pertinet: e corporis naturam ad se conuertit.

¶ De somno.

Somnus corporis imutat naturā: p̄mū qꝛ infrigidat exterius ⁊ calefacit interius: qui si prolixus fuerit infridat ⁊ humectat. Uigilijs quoqꝫ imutatur corpus qa extrinsecus calefaciunt intrinsecus autem infrigidant ⁊ desiccant.

¶ De coitu.

Coitus hoc p̄stat corpori: siccat corpus ⁊ minuit naturalem virtutē ideoqꝫ infrigidat: multotiens vero ex multa cõcussione corpus calefacit.

¶ De accidentibus anime.

Sunt q̄dam accidentia anime q̄ faciunt infra corp⁹ aliquod sicut q̄ cõmouent nālem calorē ab iteriori pte ad superficiez cutis: aut ipetuose vt ira: aut leuiter cū suauitate: vt delitie ⁊ gaudiū. Sunt aūt que ad se caliditatem contrahunt ⁊ celant: aut ipetuose vt terror vel timor: aut leuiẗ vt angustia. ⁊ sunt q cõmouent naturalem virtutez intus ⁊ extra: vt est tristitia Tria ergo. cõtra naturam sunt: morbus: morbi cā. ⁊ accidentia morbū sequentia. Morbus ē qui p̄ncipaliẗ corpori nocet nullo mediatore q eū adiuū: vt calor i febre succedente.

¶ De febribus.

Febris ē calor i naturalis: cursum supergrediens nature p̄cedēs a corde in arterias: suoqꝫ ledēs effectu. cuius sunt tria gnā vnū in aia ⁊ diciẗ effimera: aliud de humorib⁹ q putrescūt ⁊ putrida nūcupaẗ: tertiū ledit mēbra solida: ⁊ ipsa est ethica: quaꝝ effimera nasciẗ ab acidenti occasione putrida quoqꝫ a putridis rebus cuiusmodi sunt simplices atqꝫ singulares sunt quattuor: Primus ē modus q fit de putredine sanguinis cõburēs vtrāqꝫ ptē iteriorez ⁊ exteriorē: vt ē synochus. Secūdus q fit de putredine cho. ru. vt ē tritheus. Tertius fit ex putredine phlegmatis vt ē quotidianus. Quartus vero q fit ex putredine melancholie qui itermissis duobus diebus affligit ifirmum: ⁊ dicitur quartanus.

¶ De modis ⁊ speciebus febrium.

Modi p̄terea febriū ex putredine accidētiū tres sunt Est febris q̄ quotidie minuiẗ vt paugmasticus. i. decrescēs. Est q̄ augeẗ vt augmasticus donec recedat: Est q̄ in eodē statu permanet donec iteꝝ recedat vt omothenus. Cõtinua febris de putredine venaꝝ fit declinās qdem extra venas i aliquib⁹ corporis ptib⁹. Horripilatio fit i febribus ex infusione putredinis in sensibilibus mēbris. mordēs ⁊ infrigidans. Ideoqꝫ horripilatio fit in febribus illis q̄ habēt anesim. i. interpolationez. qꝛ putredines extra venas sunt.

¶ De modis apostematum.

Apostematū aūt q̄ttuor modi sunt simplices. aut eni fiūt ex sanguine: ⁊ dicunẗ phlegmones: aut ex chole. rubeis ⁊ dicūtur herispile: aut ex phlemate quod ē coagulatū: ⁊ dicunẗ vndimie vel cimie. i. tumor: aut ex cho. nig. ⁊ dicunẗ cācri phlegmonū. Ex sanguine signa sūt: hic: rubor duricia. pulsus: dolor: calor: ⁊ tumor: ex cho. rubea phlegmonū signa sūt hic: calor: rubor: mixtus citrino colori magnitudo doloris cū punctione: ⁊ velox augmētatio. Ex phlegmate phlegmonis signa hic sūt albedo: mollicies. vt si digitū impresseris q̄si signuz facit foraminis: ⁊ ē sine dolore. Hec sūt quoqꝫ phlegmōis signa ex cho. ni. igens duritia cū nigredine absqꝫ sensu.

¶ De re naturali i humano corpore.

In humano corpore vnaq̄qꝫ res naturalis si propriā nām retinuerit facit sanitatē. si vero eā dimisserit: aut facit egritudinē: aut neutrum.

¶ De generib⁹ egritudinum.

Genera egritudinū tria sunt: cõsimile: officiale: ⁊ vniuersale. Est quidē egritudo cõsimilis similibus mēbris cõtingēs q̄ similia sortiunẗ vocabula cū eadē passione: vt est caput dolens. Et est officialis egritudo q̄ accidit officialib⁹ mēbris: sicut sunt pedes: man⁹: lingua dētes: ⁊c. q̄ nomina sibi sumūt ex sibi accidēte ifirmitate: vt podagra pedi: ⁊ ciragra manui: vel q̄ nomina sumūt ex membris qbus accidūt: vt ciragra ⁊ podagra. Et ē deniqꝫ vniuersalis egritudo q̄ nascaẗ supradictis duabus: vt ē membrorum seiunctio.

¶ De egritudinibus similibus.

Egritudines ergo q̄ ptiū hn̄t similitudinez. viij. sūt q̄ttuor simplices: ⁊ q̄ttuor cõposite. Simplices sunt: aut ex sola caliditate: aut ex humiditate: aut fri. aut sic. Ex his iter se iūctis sūt q̄ttuor cõpōite. fri. ⁊ hu. fri. ⁊ sic. ca. ⁊ hu. ca. ⁊ sic. Haꝝ octo p singulas duo modi sunt egritudines. aut eni fit ex q̄litate simplici: aut ex humoris alterius cõmixtione Ex simplici vero q̄litate cõtingit similis infirmitas q̄ solidis accidit mēbris q̄ grece ethica dr̄. egritudo calida q̄ ex humore accidit ē febris ex putredine vt superius dictū ē. egritudo frida q̄ sine aliquo humore accidit ē vt algor ex nimia friditate aeris seu niuis: ⁊ ē egritudo q̄ cū aliquo humore frido accidit: vt paralysis q̄ fit in toto corpore aut in parte. Modus humecti morbi ē q fit p̄prie vt nō indigeat alterius humoris admixtione: vt ē frigidū vulnus vel vacuū vel fetidissimū cū tabiditade corporis: quēadmodum inflata caro hydropicoꝝ vacuo squalore torpēs. Morbus vero humidus ē alios trahēs ad se humores vt hydropisis. morbus siccus ē sine humore: vt spasmus q fit ex inanitione. morbus siccus ē cū humore: vt cancer durus ⁊ siccus.

¶ De morbo in officiali membro.

Morbi in officialibus mēbris: accidentes q̄ttuor sunt. ipsi sunt q accidūt i plasmatiōe. i. forma creature: ⁊ in q̄ztitate mēbroꝝ ⁊ in nālis numeri supfluitate. ⁊ i mēbroꝝ pōne. Morbi officialiū in forma hominis. v. modis fiunt mēbrorū incõueniētia: vt est feda capitis lõgitudo. In cõcauitatib⁹: vt si manuū pedūqꝫ cõcauitas carne repleẗ in poris: vt coruz strictura aut largitas. In asperitate: vt gutturis aut pulmōis cānaliū aspitas. In lenitate: veluti matricis lenitas vel stomachi.

¶ De morbo in q̄ztitate membrorum.

Morbi in q̄ztitate mēbroꝝ fiunt ex abundantia spmatis cū mēbra crescūt āplius q̄z docet: sicut vidẽm⁹ fieri in magno capi: et ⁊ in lingua grossa: aut vltra pūitate ⁊ indecenti: vt paruū caput: stomach⁹: ⁊ cꝑ. Morbi in numero mēbrorū fiunt aut ex augmēto: aut ex diminutione fm augmētū qdem aut ex cursu nature vt supfluus digitus aut extra cursum. vt lumbrici ascarides veruce ⁊ acrocordines. i. magne carnis additiōes vel verruce magis late vel pori fm diminutionez vero aut vniuersaliter: vt omniū abscisio digitorum: aut pticulariter vt est vnius.

¶ De membro in situ membrorum.

In pōne mēbrorū fiunt morbi. aut p̄pter mēbri motionē de loco suo: aut ex dispōne vicini mēbri: vt sūt digiti ⁊ labia q̄ cõglutinanẗ vel adherent ⁊ nō separanẗ: aut q̄ separanẗ ⁊ nō cõglutinanẗ. Sed separatio adherentis mēbri vniuersaliẗ fit aut in mēbris cõsimilibus: aut in officialib⁹. Cõsimilibus mēbris. vt ossibus: neruis: carne: venis: lacertis ⁊ cute. q̄ si acciderit ossi: fractura dicitur. sic carni ex recenti tempore: plaga dicitur: si vero ex veteri: non tantuz plaga sed putrida plaga nūcupatur: q̄ si venis neruis vel arterijs acciderit: alio atqꝫ alio noie nuncupaẗ. si autez euenerit medijs lacertis: cõtusio siue cõtritio nuncupanẗ. si vero in cute: excoriatio diciẗ. q̄ si inueterauerit: putrida plaga nuncupatur. In officialibus vero mēbris ꝑpetua fit separatio. vt est manus vel pedis abscisio.

¶ De qualitatibus corporum.

Corporis q̄litates sunt: tres sanitas: egritudo: et neutralitas. Sanitas est temperamentum persi

ciens vel custodiens res nāles ſm cursum nature. Infirmitas ē intēperātia extra cursuȝ nature naturā ledens vñ fit lesionis effectus sensibilis. neutrū qdeȝ est: qḋ nec sanū nec infirmū ē. Sed neutralis qualitas tribus modis constat. vt si in vno corpore simul cōueniant infirmitas ⁊ sanitas in diuersis membris: vt est in corpore ceci ⁊ claudi: siue in corpore senis: cui nec vnum membrū remanet qḋ nō malū fiat ⁊ patiat̄: ⁊ si corpus hominis aliquibus horis sanum fuerit: alijs vero ifirmū vt eoꝝ q estate ifirmātur: hyeme sani sunt. q aūt frigidioris nature fuerint: hyeme infirmantur: estate sani sunt: ⁊ qui humidam naturaȝ habuerit: in pueritia infirmant̄: in iuuentute ⁊ in senectute sanant̄. qui vero siccam in pueritia sani sunt: in iuuentute autem ⁊ senectute infirmantur. In tribus inuenit̄ rebus sanitas ⁊ infirmitas ⁊ neutrum: aut in corpore in quo trium qualitatum vnaqueqȝ reperit̄: aut in cā faciente illas ⁊ regēte ⁊ cōseruante: aut in significationibus eas significantibus.

De modis occasionum.

Occasiōes vero duo sunt genera: vnū est naturale: ⁊ ē aliud extra cursum nature. Occasiones autem naturales: aut faciunt sanitatem: aut conseruant. Occasiones cōseruantes pertinent ad sanitatem: faciētes vero pertinent ad infirmitatem expellendam. Occasiōes non naturales aut que vltra naturam procedunt: alie pertinent ad infirmitatem: alij ad neutrum. Sed egre occasiones faciunt infirmitatem: ⁊ res easdem infirmitates cōseruantes. Ille vero que pertinent nec ad sanitatem nec ad infirmitatem constituunt neutrum atqȝ cōseruant.

De occasionibus sanitatis ⁊ infirmitatis.

Omniū occasionum societatē habentiū cū sanitate ⁊ infirmitate sex modi sunt: quorū vnus ē aer. qui humanum corpus circūdat: cibus ⁊ potus: mot⁹ ⁊ quies: somnus ⁊ vigilie: inanitio ⁊ repletio: ⁊ accidentia anime: que omnia si cum moderatione decēti fuerint: ⁊ in q̄titate: qualitate: tempore: opere: ⁊ ordine: custodiunt sanitatem ab accidentibus: q̄ si contra hoc aliquid fuerit accidunt infirmitates ⁊ permanent. Modi occasionuȝ ifirmitatem facientiū tres sunt. Nam alie sunt que vocant̄ primatiue que exterius accidunt corpori: vt calor ⁊ frigus Sunt ⁊ accidentia que admouentur intrinsecus in corpore: vt repletio ⁊ inanitio. Sunt ⁊ alie q vocant̄ coniuncte: que dum adsunt adest infirmitas: ⁊ abeuntibus his i firmitas abest: vt putredo in febrib⁹.

De diuersitate egritudinum.

Egritudinum ſm aliam diuisionem modi sunt duo: cōiter: aut ,ppie. Que cōiter accidunt aut accidentaliter aut necessario fiunt: accidentaliter vero vt percusio: cōbustio: morsus: deceptio: ⁊ cetere res nociue: necessario: vt alia superius memorata: que vt dictuȝ est sunt socia sanitati ⁊ infirmitati. Que vero proprie sūt egritudines: aut sunt in cōsimilibus membris ⁊ cōseruāt egritudinē aut officialibus: aut i cōtinua diuisione.

De modis morborum ex calore procedentium.

Modi morboꝝ ex caliditate ,pcedentium qnqȝ sūt. Primus fit ex cōmotione spūs aut ex cōmotione corporis: ex cōmotiōe spūs vt ira: corporis vt labor vel supbia. Secūdus: vt ē cōcursus visibilis caliditatis cū effectu vt hypantasis. i. expositio ad solē. Tertius ex caliditate corpori adueniente cū ,ptāte quando recipit caliditatē ex esu acuminū. quartus fit ex interclusione poroꝝ vt ex frigiditate hyemis. quintus fit ex putredine humorum vt in febribus.

De causis frigidorum morborum.

Occasiones frigidorum morborum octo sunt. Prima occasio est occursus frigoris visibilis cum effectu vt frigiditas nimis. Secūda vt frigiditas opij adueniens fortiter humano corpori. Tertia ex abundantia ciborum corpori adueniente atqȝ replente ⁊ extinguente naturalem calorem. Quarta ex paruitate ciborum vnde calor naturalis extinguit̄. Quinta vero ex abundantia frigoris vel humoris frigidi poros obturantis vnde naturalis calor minuitur. Sexta ex dissolutione ⁊ apertione corporis ad dissoluendum ⁊ euacuandum naturalem calorem. Septima ex commotione ⁊ exercitio nimio vnde fit multa dissolutio humorum ⁊ euacuatio ⁊ sudor vnde attenuatur corpus. Octaua vero fit ex requie ⁊ ociositate multa.

De causis siccorum morborum.

Siccorum morborū occasiones sunt quattuor. Prima occasio est occursus aliene siccitatis visibilis ac manifeste cum effectu: vt veneni siccitas. Secūda vero ex aduentu sicce rei in corpore cum fortitudine: vt acetuȝ: sal: synapis. Tertia paruitas cibi ⁊ potus. Quarta cōmotio nimia ⁊ exercitium.

De causis morborum humidorum.

Occasiones morborum humidorū quattuor sunt. Prima vt occursus rei afferentis humorum cuȝ effectu. vt balneum. Secunda vt ingressio rei afferentis humorem cum virtute in corpore vt recētes pisces. Tertia autem vt nimietas cibi ⁊ potus. Quarta sicut requies ⁊ ocium.

De modis morborum ex innaturali malicia.

Modi morborum ex innaturali malicia cuȝ aliquo humore decurrentium ad infima loca quattuor sunt. Primus est virtus membri impellentis: ⁊ debilitas membri sustinentis. Secūdus multitudo humoris. Tertius debilitas virtutis nutriētis. Quartus largitas vie pororum.

De malicia egritudinis.

Malicia egritudinis ingredit̄ ⁊ superuenit in consimile membruȝ naturale quinqȝ modis: aut contingit in vtero materno: aut in tēpore natiuitatis aut cū constringit̄ fascia: aut ex malo nutrimēto siue ex aliqua infirmitate adueniēte in predictis tēporibus vel postea. Si tēpore cōceptionis in vtero debilitatur aliquod cōsimile membruȝ fit ex abundantia spermatis: aut ex paruitate ⁊ indigentia cōuenientis qualitatis spermatis vt si fuerit grossum ⁊ pingue: vel aquosum ⁊ tenue. Quando vero nascitur infans debilitatur aliquod in eo membrum si egressus fuerit non equa sȝ mala egressione. vt supinu⁹ aut super genua incuruus. Cū igit̄ fascia constringit̄ inconuenienti constrictione duplicatus debilitatur. Quando autē nutritur male ⁊ incōuenienter lac sugendo vel accipiendo debilitatur. His vero tēporibus vel postea infirmitate accidente egritudinis malicia cōsimili membro superuenit ex cuiuslibet nerui incisione. Et si passus fuerit ex aliquo accidenti siue debilitatem seu vulnus vel apostema.

De egritudine mēbroruȝ cōsimilium.

Ingreditur egritudo cōsimile membrorum naturale septem modis: aut ex obstetrice si culpam habuerit cuȝ tenet infantē vel vel si permiserit ambulare ante congruum tempus: vel ex medio si confracta ⁊ collisa membra ignoranter constituerit ⁊ constrinxerit: ex infirmo si ea commouerit a medico composita anteqȝ solidentur ⁊ firma fiūt: ex fractura vt si super musculum vertebri quod in femore est contorqueatur coxa: aut ex concussione: vt si comprimatur nasus ⁊ accidet vt fiat simus: aut ex malo hu. qui accidit leprosi siue ex putitate humo. accidēte ptisicis.

De modis constrictionis pororum.

Constrictio pororum fit tribus modis: vel occasionibus: aut ex constrictione attenuatoria: aut ex carnositate siue ex coartatione. Constrictio vero fit. aut ex nimietate virtutis retinentis: aut debilitate virtutis expellentis: aut ex abundantia frigoris: aut ex abundanti constrictione comprimente aliquam partem loci: vt sepe fit ex ligatura constricta: aut ex abundantia siccitatis. Ex carnositate vero constringuntur pori. vt si acciderit aliquod apostema ⁊ fiat carnositas: aut si prius euenerit. aliquod vulnus. ex coartatione vero cum decederit aliqd

in poris vt humor siue lapis seu coagulatus sanguis: aut aliquod latitãs in eis vt superflua caro ⁊ scabies. Largitas quoq3 pororum quattuor fit modis: aut ex multa commotione impellentis virtutis: aut ex debilitate retinẽtis aut ex abundantia caloris ⁊ humorꝝ: aut ex medicamentis aperientibus. Leuitas accidit duobus modis: videlicet deintus ⁊ deforis: sed intus ex hu. viscoso liquefacto: foris vero extera liquefacta cum vnguento. Asperitas autem duobus modis fit: deintus: ⁊ foris. intus: intus nãq3 ex superfluo ⁊ acuto humore. foris vero ex fumo ⁊ puluere.

¶ De superfluitate membrorum in numero.

SUperfluitas membrorũ in numero accidit duobus modis Nam superfluitas si fuerit naturalis erit ex superfluo humore naturali: ⁊ bono: vel ex abundantia virtutis informatiue: que si fuerit extra cursum naturalem erit ex humore nõ naturali ⁊ incõuenienti: aut ex abundantia virtutis vel debilitate.

¶ De diminutione mẽbrorum.

DIminutio membrorum in numero duobus similiter fit modis: aut interius: aut exterius. Interius ꝓpter diminutionẽ humorum: exterius ex cõbustione ignis: aut ex frigore: siue putredine siue incisiõe. Putredo autem accidit: aut expotione mortificante aut putredine faciente: aut ex constrictione ⁊ retentione illius humoris qui soluitur.

¶ De magnitudine membrorum.

MAgnitudo membrorum tribus modis fit: aut ex multitudine humorum: aut ex abundantia virtutis: aut ex cõmixtione vtrorumq3. Paruitas fit tribus modis similiter: aut ex debilitate virtutis: aut ex minoratione humoris: aut ex ĩfirmitate exteriori: vt ex incisione vel combustione ignis siue ex frigore niuis.

¶ De commotione membri.

COmmotio membri de suo loco duobus modis. fit. aut ex commotione voluntaria aut ex humore vicino equitati dissoluenti membrum: ⁊ lubricum facienti Membrum vel os egreditur a sua iunctura ⁊ mutatur duobus modis similiter: aut ex iunctura in qua non conuenit separatio: aut ex separatione vbi non cõuenit iunctura Si ex coniunctione hoc fuerit sine separatiõe aut erit ex humore acuto patientis: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo. Si vero fuerit ex separatione vbi non conuenit coniunctio: aut ex grosso humore: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo.

¶ De separatione iuncture.

SEparatio iuncturam duobus modis fit: aut intrinsecus: aut extrinsecus. Intrĩsecus vero fit aut ex humore acuto ⁊ incidẽti: aut ex vẽtositate pingui distendente vel dissipante. Extrinsecus vero fit aut cum scissura aut fractione: aut exercitio nimio: aut incisione vt ensis: aut quod distendit vt funis: aut quod contũdit vt lapis.

¶ De modis ⁊ numero significationũ.

GEnera significationũ sunt tria. alia enim significant sanitatem: alia egritudinem: alia neutrum: quarum significationum vnumquodq3 genus in duo partitur sunt enim que significant de officialibus mẽbris: ⁊ sunt que significant de consimilibus membris. Consimilium partium significationum duo sunt modi: alie enim sunt substantiales: alie accidentales. Substantiales vero vt est calor frigiditas: siccitas: ⁊ humectatio. Accidentales autem quedam significant: aut per tactu3: vt durum molle: quedam per visum vt coloratum: quedam per perfectionem virtutum vt sunt operationes plene ⁊ perfecte.

¶ De signis officialium membrorũ.

SIgnificationum egritudinis membrorum officialium duo sunt modi similiter: substantiales: ⁊ accidentales. Substantiales significationes quattuor sunt: ars modus: numerus ⁊ positio. Accidentales significationes similiter quatttuor sunt bonum: malum: perfectum: ⁊ imperfectum. Genera significationum perficientium suum genus tria sunt: quedam sunt que significant preteritam rem que iam abit ⁊ dicuntur cognitiua vel agnitiua: vt videntes corpus humidum agnoscimus qꝛ sudor precessit. Alia significant presentia ⁊ agnoscunt̃ per significationes veluti cum inuenitur pulsus magnus ⁊ citatus intelligimus ꝙ significat calorem superantẽ. Sũt ⁊ alia que significant futurum ⁊ antecedit agnitio: vt cum viderimus labiu3 inferius citari percipimus vomitum accidere qui postq3 acciderit vocatur precessio significatiua. Sed inter significationes ⁊ accidentia distat: quoniã est diuisio cum augmento inter eas. ꝙ si vnãquanq3 diuisionũ harꝝ scrutari volueris vna3 habẽt habitudinẽ: s3 infirmo hic sunt accidẽtia: medico aũt significationes.

¶ De signis accidẽtiu3 ⁊ numero.

ACcidẽtia ergo significatiua tria sunt: Aliud. eni3 operatiua virtus mutata sicut ĩdigestio: aliud aũt corporis q̃litas mutata vt ictericia: aliud exiens a corpore vt nigra vrina. Uirtus operatiua mutata triplex est: aut. n. ex toto est sicut indigestio: aut ex parte sicut oculoru3 obscuritas vel tarda digestio: aut de qualitate in qualitatem velut de bona infumosam vel acidam quasi sicut musca vel ligna oculis apparentia: aut ex parte visus obscuritas.

¶ De modis mutationis qualitatis.

QUalitatis mutate corporis significatio quattuor modis fit autem eni3 per visu3 sicut ictericia vel morphea ⁊ nigredo lingue ⁊ similia: aut per odoratum vt anhelitus fetidus: vel sudor vel polippus: vel hircus ⁊ similia: aut per gustũ vt salsu3 amarũ vel acidũ: aut per tactum vt molle ⁊ durum: exiens a corpore bipartita est significatio: vna cũ sonitu: altera sine sonitu: cu3 sonitu: vt oris. ructus: vel intestinorꝝ rugitus. vel per anũ ventus. Eius vero que est sine sonitu in naturali tripliciter habet̃: alia q̃titate vt lienteria: alia q̃litate vt vrina nigra: alia vtraq3 vt sanguinmus fluxus:

¶ De motione mẽbroru3.

MEmbrorꝝ mutatorum significatio bifariam diuiditur: intrinsecus videlicet: ⁊ extrinsecus. Intrinsecus modi sunt sex. alia eni a mutatione operatiue virtutis in membro: alia ab exeuntibus a corpore: alia ex dolore in membro vicino pertinenti: alia ex proprio loco alia ex innaturali semotione de loco: alia ex patientis iudicio Extrinsecus fit tribus modis: aut per visum vt album vel nigrũ: aut per tactum vt duru3 ⁊ molle: calidum ⁊ frigidu3. aut per vtrũq3 vt magnum vel paruum: plus vel minus.

¶ De occasionibus egritudinum.

OCcasiones egritudinum tres sunt: nature mutatio officialis mẽbri incõueniens habitudo. iũcture separatio.

¶ De operatione medicine.

OPeratio medicine habet triplicem effectum: aut. eni3 custodit sanitatem secundum multitudine3 suam. aut ex infirmitate facit sanitatem: aut econtrario. Regendorum sanorum triplex modus est egrotare parati: incipientes infirmari: ⁊ defecti. Infirmari paratos supradictorꝝ sex cõpetẽti moderatione regiminis. incipientibus infirmari duplicem curam adhibemus: aut enim chimi superabũdantiam trahimus: aut nature defectionem reparando predictorum sex que necessaria sunt adhiberi precipimus. Defectorum alij infantes: alij: senes alij ex infirmitate conualescentes. Omnis medicina: aut est vniuersalis: aut particularis. Uniuersalis est sex precedentium recta ordinatio. Particularis per contrarium fit triplex. alia enim in consimilibus membris. alia in officialibus membris: alia in iuncturarum separatione. Assimulatiua membra mutata reddimus similitudini. ⁊ in sua qualitate stare colligando compescimus. Concaua si preter modum ampliata fuerint ad sui modum con-

stringimus ⁊ quietem inducimus si minus contrarium. In largias autem similiter additio contrario cause vnde vicium acciderit: foramina strictiora suo modo. Si de virtute contentiue virtutis cōtigerit fomētis ⁊ cathaplasmate mollimus. Quod si de expulsiue est defectu diaforeticis ⁊ confortatiuis: si de stiptica causa mollificatione: si de sicca humectatione: si de constrictione solutione. Ea vero que naturali depositione fuerint mutata suo loco restituimus: si de apostemate: apostema maturando sanamus. si de naturali iunctura: eam aut aperitiuo medicamine aut cyrurgia disiungimus: si de qualibet nascentia ipsam delem⁹. si de asperitate lenitate: si de lenitate asperitate.

De ablatione superfluitatis.

Superfluitatem in numero aut tollimus ex parte vt scrophulas: aut ex toto vt cancrum: separationem in numero sanamus si ex abundantia sanguinis fit: in omni etate tollimus: si ex spermate in pueritia tantum sanamus paruitatem membrorum motibus ⁊ fomentis admodum augmentamus: magnitudinem vero comprimēdo quiete mutamus ⁊ minuimus. Mutationem membri de loco suo redimus loco proprio duobus modis: aut enim separatum iungimus: aut iunctum separamus. Necessaria ad separatorum iuncturam quattuor sunt: separata: iungere iuncturam custodire ne rescindatur. defendere: naturam loci custodire.

De sufficientia ⁊ diuisione medicine.

Omnis autem medicina est aut eorum sex que supra diximus temperata exhibitio: aut potio: aut cyrurgia. Operatio medicine habet triplicem effectum: intus vt ea que ore aut naribus auribus siue ano siue vulua intromittamus: foris vt ephithima cataplasma emplaustra ⁊ similia que foris operantur. Medicine interioris operatio in tria diuiditur: aut enī solūit vt farmacia aut comprimit vt coctana: aut mutat qualitatē vt aqua frigida in febribus. Eius autem effectus quadruplex est: aut enim minuit abundantiam vt farmacia: aut replet inopiam: vt carnem vel sanguinem: aut constringit solutum vt stipticum: aut mutat qualitatem vt frigida aqua in febribus.

De cyrurgia.

Cyrurgia duplex est: in carne: ⁊ in osse: in carne vt incidere suere coquere: in osse vt solidare aut innectere aut reddere. Specierum cognitio quinq̧ modis fit: qualitatis: quantitatis: temporis: ordinis: boni maliue discretio.

Incipit liber pulsuum philareti.

Intentionem habemus in presenti conscriptione de pulsuum negocio compendiosam exponere traditionem: ⁊ dicere primum quid sit pulsus: ⁊ que vtilitas pulsus: ⁊ qd est arteria: ⁊ quare dicatur arteria ⁊ vnde exoritur. Incipiendum est ergo a primo quid est pulsus. Pulsus est motio cordis ⁊ arteriarum que secundum diastolen ⁊ sistolem fit ad infrigidationem caloris innati: ⁊ egestionē vel eiectionem fumosarum superfluitatum. Quot sunt efficientia pulsuum: tria: virtus faciens motionem: vtilitas inducens: ⁊ instrumentum obedens. Quid est arteria. Arteria est corpus oblongum rotundum ad instar canalis duab⁹ tunicis consistens a corde incipiens ⁊ in omne corpus diuisum: aerem ⁊ spiritum vitalem continens. Vnde dicitur arteria: a paratoprr. i. seruare aerem vitalem vnde orit arteria. hic vero a sinistra auricula cordis que dicitur adorti exoritur que scinditur dupliciter. Et hic quidem fertur deorsum per interiora: ⁊ diuidit in dextra ⁊ sinistra ad coxas ⁊ vsq̧ ad pedes ⁊ digitos. Altera vero rursum fertur sursum: ⁊ diuiditur similiter in dextra ⁊ in sinistra: in manus ⁊ caput: ⁊ que quidem ad caput fertur facit arterias que dicuntur parotide: que vero in dextram ⁊ sinistraʒ intrinsecus fertur ⁊ tendit ab brachia ⁊ cubitos ⁊ vsq̧ ad extremos manuum digitos. Intentionem vero habet presens conscriptio ad pulsuum motionem cognitiōes ⁊ causas exponere. Quotiens mutatur pulsus: tripliciter. ab his enim que secundum naturam: ⁊ que contra naturam ⁊ que non natura velut crasibus virorum ⁊ mulierum ⁊ etatibus ⁊ alijs coniugatis. Hominum enim hi quideʒ mares: he vero femine: ⁊ horum ipsorum hi quidem calidiores secundum crasim: hi vero frigidiores: ⁊ hi quideʒ graciles natura: hi vero pingues ⁊ carnosi. Et viri quideʒ mulieribus omnino calidiores ⁊ fortiores secundum naturam sunt. merito igitur pulsus in eis velociores ⁊ vehementiores sunt: mulierum vt frigidarum tardiores ⁊ leniores. In vtrisq̧ vero horum dico autem viris ⁊ mulieribus intensa crasi intenditur ⁊ pulsus. in calidiori quidē maiores ⁊ velociores sunt: calidum enim velociter mobile: in frigidiori vero minores ⁊ tardiores: frigidum vero tarde mobile. Habitudines vero in vtrisq̧ inueniuntur: velut gracile ⁊ carnosum. In gracilioribus enim multum subiacent tactui pulsus: in pinguibus vero ⁊ carnosis humiliores. Considerandum ergo ⁊ ad coniugata vel vt regiones ⁊ tempora ⁊ etates particulares constitutiones: ⁊ est dicere in temporibus anni quattuor quideʒ existentib⁹ vere: estate: autumno: ⁊ hyeme. horum duo bene sunt tēperata: ver ⁊ autumnus. distēperata vero hyems ⁊ estas. Merito ergo vere ⁊ autūno pulsus sunt magni ⁊ fortes valde propter temperamentum qualitatis: manifestum quoniam secundum etates proportionaliter in estate non velociores ⁊ spissiores secundum vnamquanq̧ etateʒ necessitatem inducente propter cōtinentis nos exterius caliditatem aeris: in hyeme vero rariores ⁊ tardiores pulsus fiunt propter aeris continentis frigiditateʒ ac strictionem Similiter autē ⁊ in vnaquaq̧ regione secundum illius crasim ⁊ pulsus commutantur: calidior siquidem magnos et veloces facit pulsus: frigidior est contrario. Dicamus autem ⁊ de etatibus. Si igitur etates differentes sunt: et pulsus earum differentes mouebuntur: puerorum siquidem pulsus veloces sunt ⁊ lenes ⁊ spissi: secundum vero magnitudinem et fortitudinem medij. veloces quidem quoniam secundum substantiam abundat in eis naturalis calor: spissi propter abundantem in eis secundum quantitatem caliditatem: lenes vero quoniaʒ imperfecte sunt in eis virtutes. dicimus enim quoniam leues ex imbecillitate virtutum fiunt. Senum vero ecōtrario tardiores ⁊ rariores quantum ad pueros propter imbecillitatem ⁊ frigiditatem qua in est. Augmasticorum vero magni et fortissimi eo q̧ fortes in eis magis virtutes sunt. Similiter autem et secundum temporis qualitates commutantur crases ⁊ pulsus: sicut enim predictuʒ est continens mutat contentum ad propriam eius crasim. In pregnantibus vero mulieribus sunt parui spissi ⁊ veloces. parui vero eo q̧ grauetur virtus ex fetu. spissi vero ⁊ veloces proter inducentem necessitatem pregnantis ⁊ fetus. In somno vero sunt pulsus minores ⁊ leuiores. manifestum est quoniam fit naturali calore ingrediente profundum. In superuenientibus vero crasibus ad superuenientia mutant ⁊ pulsus. Similit aūt ⁊ in gracilib⁹. vt quādo fm naturā virtus patitur: aut fm substantiam alicuius pncipalis partis: aut ab aliquo faciente vel grauāte eam. Veniam⁹ igitur ad ea que non natura hic vero sūt gignasia. balnea: cibi: multi vini potatio: ⁊ aque multe potatio: Similiter in his que preter naturam: hoc

est causis egritudinibus: ⁊ accidentibus similiter secūdū predicta considerare oꝫ. Sciendū. n. quoniā si que sunt secundūꝫ naturā: ⁊ q̄ non natura: si imoderate fiant i id qđ preter naturā ē vertuntur pulsus.


Quod sunt obseruanda in cognitione pulsus.

Cum ergo ad egrotum igredieris quē nunq̄ꝫ vidisti attēde ꝑus quideꝫ si masculus est aut femina: ⁊ si masculus cōsidera pulsuꝫ masculi: si vero femia feie. deīde naturā laborātis ⁊ etatē eius: ⁊ post hoc tp̄s anni ⁊ regionē: ⁊ cōparās oia: ⁊ cōiectās qualē pulsuꝫ laborātē oportuit hr̄e qn̄ sanus erat: tunc cognosces diligenter magnitudinē preter naturā facte cōuersionis pulsus. Quot sūt genera pulsuuꝫ decē. Ecce primū genus pulsuuꝫ ƀm q̄ꝫtitatē dimensionū triū cōsideratˀ. s. ƀm longitudineꝫ: latitudinē: ⁊ ꝓfunditatē. Cōueniēter igitˀ iste augmentatus ƀm tres dimēsiones trāscēdens modū dicitur magenus pulsus. Secundū genus pulsuuꝫ ƀm q̄ꝫtitatē motionis arterie diastolē ⁊ sistolē in quo consideratˀ velox tardus mediocris. Tertium genus pulsuꝫ ƀm genus virtutis in quo cōsideratˀ fortis ⁊ debilis ⁊ mediocris: frequentia. n. accipiens magnitudinem facit validum: quādo vero dominatˀ virtus causarū tunc magis fit validus ⁊ ecōtrario. Quartū genus pulsuuꝫ secundū cōsistentiam organi corporis. dico autē arterie corporis i quo cōsideratˀ durus mollis ⁊ mediocris. Quintū genus pulsuū secūdū q̄ꝫtitatē qetis in quo spissus ⁊ rarus cōsideratˀ. Breue n. tp̄s qetis significat spissuꝫ: lōgū vero rarū. Sextū genus pulsuuꝫ propter eq̄litatē ⁊ inequalitatē q̄ ꝯsideratˀ in vno pulsu vel i pluribus i vno quidē vt in caprizante q̄ vero in pluribus fit dicitur cōsistēs inequalitas: vbi vero inequalitas ibi fit inordinatio vt in omnibus aut. n. decidit vna ꝑcussio aut icidit et hoc fit grauata et afflicta v̓tute aliqua causa. Septimū genus ƀm plenam ordinationē ⁊ inordinationē est: incisio. n. ab equali pulsu facit iequalē ⁊ ieq̄lis ƀm periodos inordinatas fit: ⁊ iste rursus consideratˀ ƀm vnā percussionem ⁊ ƀm plures redditiones. Octauū genus pulsuū secūdū plenū ⁊ vacuū hoc est ƀm arterie figurā: oē. n. vas aut plenū aut vacuū. Nonū genus pulsuū ƀm cōcordiā in quo mensuratˀ ꝓportio tēporis ad tempus vn̄ cognoscūtˀ deficientes ⁊ incidentes Decimū genus pulsuū cōsideratˀ ƀm caloreꝫ q redditur ꝑ totū corpꝰ arterie i quo cōsideratˀ qualitas supposite materie corpis ꝑ tactū veluti distēperata ⁊ mordax.

Dictis ergo deceꝫ generibus pulsuū: dicamꝰ breuiter paucas cās ⁊ differentias eorum. Si qs n. ad diligentiā eorū ꝑuenire voluerit sciat quia. xvj. libri sunt de pulsuum negocio. Ego vero longititudini ꝑcens in paucis capitulis paucas quasdam differentias ⁊ causas pulsuum i breui dicam. Propter quā causam pulsant arterie vt seruetur moderatus secundū naturā calor cordi ⁊ omnibus partibus: Quid differt saltus a pulsu. quoniam quidem propter icidentem spiritum fit saltus in omni corpore: pulsus vero in operatione virtutis mouetur ⁊ in solis arterijs. Quid differt pulsus magnus a valido: quoniam quidē secūdū tres dimensiones magnꝰ cōsideratur: validus vero ƀm motionem. tenore. n. virtutis significat. Quid differt pulsus spissus a veloce ƀm continuum ⁊ discretū. spissū. n. continuū dicimꝰ: veloceꝫ vero discretū veluti si currat aliquis velocius ⁊ stet. Quid differt rarus pulsus a tardo qm̄ rarus ex ifirmiore magis v̓tute fit: rari. n. pulsus difficiliores: tardꝰ ex solo d̓fectu fieri pōt caloris. rarꝰ āt maiorē significat defectū v̓tutis. Quot dr̄e pulsus fiunt in diastole: octo: magnitudo, puitas: valitudo: debiltas velocitas: tarditas: duricia: et mollicies. quot sūt indicatiua pulsus: duo: intellectus ⁊ sensus. sensus q̄deꝫ idicat p̄ntia: itellectus facta ⁊ futura Quot sunt efficiētes cause pulsus: due: virtus faciens et mouens corpus vasis: ⁊ vtilitas propter quam moueatur qđ mouetur. Quot modis consideratˀ moderatus et imoderatꝰ pulsus: q̄druplicitter ƀm magnitudineꝫ: ƀm velocitatem: ƀm valitudinem: ⁊ ƀm spissitudinē. Quid differt inequalis ab inordinato: quoniam inequale quidem in vno pulsu consideratur ⁊ in pluribus: aut enim secundum vnam diastolem ⁊ sistolem: aut secundum plura congregata que dicitur consistens inequalitas in multitudine pulsuum considerata immoderatus vero fit secundum ritbinon. idest numerum: vt si post tres magnos ⁊ vnum paruum sequantur duo magni. Quid differunt deficientes ab incidentibus: quia deficientes ex infirmiori magis virtute fiunt: aggrauata enim ⁊ deficiente deficiunt: incidentes vero pugnante ⁊ resistente. continet enim seipsam virtus excitans volens repellere contraria: ⁊ videntur esse contrarij deficientes incidentibus.

